Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



8

iudiciū agnoscas. Qui festinus surrexit. nichil tamen
ex his que beatus pāphilus dixerat audiuit. Cui beatus uir
dixit. Erige te in digitos pedū tuorū. et sta supra pedes
meos. At ille iussioni eius obediens. palmas et oculos
in celū extendit. et psallentiū choros angelorū et missas
in celestibus celebrantiū audiuit. Tunc prosternens se
ad pedes eius dixit. Beatus es frater et coēpe pāphile. qui me
riuisti, audire uoces angelicas. et celestibus mysteriis interesse.
Si parce queso et indulge mihi quia cōtra te insipienter egi.
et falsas aduersū te audiui accusationes. Modo quidē
soli deo te uacasse cognosco. et apud eū intentionis tue
occultū mundū esse percipio. Beatus pāphilus respon
dit dicens. Tu positus es in pontificio ad predicandū.
et uiā salutis ad docendū. in sapientia tua urbs mu
nitur. et triticū dni familie distribuitur. Quod igitur uani
tati fallentiū semel aurē adhibuisti. non mirū si
etiā ad tempus uanitati credidisti. Sed ne in hoc
scandalo permaneres. dns te liberauit. et ea que sunt ueri
tatis et iusticie tibi reuelauit. Tunc iterū ponti
fex prosternens se ad pedes eius dixit. Veniā a te
peto frater et coēpe pāphile. Scs pamphilus respon
dit dicens. Dns qui indulgentia uera ē. indulgeat tibi
peccata tua. Tunc locutus ē pontifex ad scm pamphi
lū dicens. Queso te frater tolle aurū et argentū de me
administeriū tuū. et uade ad ciuitatē tuā. et eos qui te
accusauerūt trade tortoribus. Scs pāphilus rememorans ser
monē dni ihu xpi dixit. Ego gloriā meā non quero. Argen
tū et aurū non ē mihi necessariū. sed fides et iusticia. mansue